

Fiat unguentum. Eundem effectum præbet unguentum e tartrate stibii et potassæ cum adipe suilla et saccharo compositum.

UNGUENTUM SULPHURATUM.

Rz. Sulphuris partes duas,
Adipis suillæ purificatæ partes octo.
Commisce lege artis, ut fiat unguentum.

UNGUENTUM SULPHURATUM ANGLICANUM.

Rz. Sulphuris citrini pulverati selibram,
Radicis Veratri albi pulverati uncias duas,
Nitratis Potassæ drachmam,
Saponis picei selibram,
Adipis suillæ purificatæ sesquilibram.

Commisce in unguentum.

U. In psoræ curatione est maximæ efficaciam. Libra hujusce unguenti quatuor frictionibus inservit; ideoque noctu dormituro unciæ tres quartæ corporis parti, prius in balneo saponato loti, assiduo sunt infriandæ; dein vero eæ partes per aliquot noctes tangendæ, quæ plus foedatae sunt. Quamvis morbus externo usu una portione profligari possit, nihilo tamen minus tutius exhibetur cum pulvere sulphuris composito interne sumendo. Propulsata psora iterum balneum saponatum, ad lavandum corpus, adhibeatur.

VINUM IPECACUANHÆ.

Rz. Radicis Ipecacuanhæ contusæ unciam,
Vini Xeres libram.
Macera per septimanam, tum expressum per chartam cola.

D. Semuncia scopo vomitam ciendi datur. A guttis vero quindecim ad triginta porrectum, diaphoresin promovet, vices ipecacuanhæ, refracta dosi propinatæ,

supplens. Si singulis dosibus extracti hyoseyami, vel conii maculati granum, vel opii tantundem additur, vis ejusdem medica in catarrho intenditur; asthma etiam spasmodicum, declinante dysenteria, diarrhoea, eo curatur. In pertussi guttae ejusdem quinque, tintetur opii acetatae gutta una, et carbonatis sodæ grana duo, quarta quaque hora (præmissis emeticis) dantur infantibus.

VINUM SEMINUM COLCHICI.

Rz. Seminum Colchici siccatorum et contusorum uncias quatuor,

Vini Xeres uncias triginta duas.

Macera per dies quatuordecim, et colla per chartam.

D. Guttæ triginta ad drachmam et amplius.

VINUM ALOËS ALCALINUM.

Rz. Myrræ drachmas sex,

Carbonatis Soda uncias tres,

Sesquicarbonatis Ammoniæ drachmas quatuor cum dimidia,

Extracti Aloës aquosi drachmas sex,

Vini Hispaniei albi (Xeres) libras duas.

Macera per dies septem, et colla.

D. Uncia dimidia ad integrum, bis datur in die, ex solutione extracti glycyrrhizæ.

VINUM STIBIATUM.

VINUM ANTIMONII HUXHAMI.

Rz. Tartratis Stibii et Potassæ grana viginti quatuor,

Vini albi duleis libram.

Misce et solvito. In singulis unciis vini hujusee continentur grana duo tartratis stibii et potassæ.

U. In morbis ex transpiratione suppressa valet. Laudatur etiam a quibusdam in pertussi, præsertim ad-

dito althææ syrupo dulcificatum, vel syrupo Diacodii, atque omni quadrante horæ cochleari parvo, donee vomitus fuerit insecutus, porrectum. Doses pro ratione ætatis adcommmodandæ. Adultis semidrachma (ad integrum) bis, terve, in die exhibetur; si vero vomitionem movere libet, semuncia (ad unciam) datur. Juvat etiam singulis dosibus minoribus addere granum, aut sesqui-granum extracti aconiti, aut conii maculati, aut hyoscyami, et tum adversus catarrhum, myodyniam rheumaticam, pertussim, aliaque similia mala efficacius aget.

Multum egerunt, qui ante nos fuerunt;
sed non peregerunt; multum restat operis
multumque restabit, nec ulli nato post
sæcula præcludetur occasio aliquid adhuc
adjiciendi.

SENECA.

missit operis tuae misericordia mea
et nunc regnus tuus erit et regnum meum
miserere mei omnes. amittitur etiam sicut
fuit hoc misterium istud. et hoc est misterium
missione utrumque ex parte eius et quod
missis dicitur. misericordia regni tuum
impia tamquam regis vestigio missis dicitur
quod tunc. debet enim illius regni misericordia
quod misericordia missis dicitur sicut in. iusti
regni missis alio missis sicut missis missis

missis non sicut illis missis missis
alio missis missis missis missis missis
missis missis missis missis missis missis
missis missis missis missis missis missis